Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

incensi huius sacrificium uespertinum quod tibi in hac cereri oblatione sollempni. per ministrorum manus de operibus apum sacro sancta reddit ecclesia. Sed iam columne huius preconia nouimus quam in honorem dei rutilans ignis accendit. Qui licet diuisus in partes mutuat luminis detrimenta non nouit. Alitur liquentibus ceris. quam in substantiam preciose huius lampadis apes mater edurit. Quere beata nox que spoliauit egyptios ditauit ebreos. Nox in qua terrenis celestia iungunt. Oramus ergo te domine ut cereus iste in honore nominis tui consecratus ad noctis huius caliginem destruendam indeficiens perseueret. in odorem suauitatis acceptus suprus luminaribus miscatur. Iam mas eius lucifer matutinus inueniat. Ille inquam lucifer qui nescit occasum. Ille qui regressus ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te domine ut nos famulos tuos omnem clerum ac deuotissimum populum una cum beatissimo papa nostro. ℣. et gloriosissimo imperatore nostro. ℣. et antistite nostro. ℣. temporum quiete concessa in hiis paschalibus festis conseruare digneris. Per dominum nostrum iesum xpm filium tuum. Qui tecum uiuit et regnat deus in unitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum amen. ℣. Cereo benedicto uiro illuminetur ab eodem in duobus candelabris. alii duo cerei